

quo nobis quibus labores usque in aestatem non  
intermittuntur, non licebit in tanto conventu interesse,  
atque adeo ne mittere quidem quemquam qui ceterorum  
nomine vobis gratuletur.

Illiud ergo non licebit; quod autem  
integrum est nobis facere, confirmamus gaudere nos  
quod occasio data est benevolentiae nostrae amicitiae-  
que testandae. Quam amicitiam conciliavit reipublicae  
Romanae antiqua memoria, auxit pictorum ac poetarum  
vestrorum medii aevi gloria, recens denique belli  
maximi societas corroboravit.

Athenaei vestri laude vos gloriari  
jure laetamur: quae gloria, ut verba poetae maximi a  
vobis laudati paulum immutemus, quo magis terrae  
nostrae situi convenient, porrecta est ab ortu solis  
ad Hesperium cubile.

Precamur ut universitas vestra  
antiquitate insignis in multa saecula floreat et ut  
ea celebratio ad quam nos invitavistis conducat ad  
maiorem studiorum gloriam doctrinaeque commercium.

Et nostro et Senatus Academicici et  
ordinum omnium universitatis nostrae nomine dedimus  
A.D. XI Kal Apr. anno Salutis nostrae MCMXXV.

RECTOR.

Samuel B. Slack,  
Scripsit.